

noctem nutrix vidit eum consopitum, circumflexum angue nodis horrificis implicitum, quo aspecto exanimis exclamavit: Pater autem pueri de hac re aruspices consuluit, atque si in histrionica claritas hominis sit, vel consistit, nihil mentiti sunt, sed ob peruicax ineptia, diuinitus ergo futuram histrionum claritatem præ ostensam vultis, cum Africanus tantus & vir & Dux, nullum tale meruerit ostentum, nam quod in cunis anguis inuentus est, nec mihi quidem mirum videtur, nec Ciceroni præsertim, in Selenio vbi ad forum nundinari angues solent, vt eleganter ait idem.

EXTERNA.

ALIUD.

Addunt domesticis externa, risu non minore prosequenda. Deiotarum Regem in primis, nihil vnquam nisi auspicio gerere consuetum, quem Valerius non solum inter externos primum, sed velut immemor moris sui ante omnes etiam Romanos, in hoc ordine locauit: Hic ergo vt memorant volatu aquilæ pergere quo cœperat prohibitus, cum multorum iam dierum iter exegisset, rediit atque ita mortem euasit, conclayi
scili-